

CLERO. HUNGARIÆ.
OB. REM. RELIGIONIS.
STENUE. GESTAM.

VI. NONAS. FEBRUARII.

MDCCLXXXI.

SUB, COMITIIS. PISONII, CALATIS.

D, D. D.



*Jus Cleri,
contra Evangelicorum libertates protestantis.*

Et Patria, & Clerus merito sua jura tuentur;
Nempe sibi hæc multo parta cruore sciunt.
Hungara gens proprio peperit sua jura cruore,
Clerus Evangelico sanguine parta tenet.

Aliud.

Sit fas, Hungariæ tolerantem dicere Clerum,
Pronas in pacem porrigit Ecce manus!
Fitque protestando, quis crederet? ipse protestans,
Sic patriæ superat vota que, spemque suæ.

Aliud.

*De Clero in protestando vestigia Patrum suorum
sequente.*

Dum Clerus veterum sequitur vestigia patrum,
Sanguine signatam tentat inire viam.

Aliud.

Quo legat Hungariæ Clerus vestigia Patrum,
Semina continuat spargere disfidii.
Felix, cur legisse Patrum vestigia norma
Esse potest! oculis indiget, haud cerebro.

Aliud.

Aliud.

Dum sequitur Patres, Regi, Patriæque repugnat
Clerus; habet patres ergo; caret patria.

Aliud.

Jure premit *Patrum* Clerus vestigia; nempe
A bove majori discit arare minor.

Totaque hæc scena acta est:

*Nomine Dominorum Cleri, et partis alicujus e Sæ-
cularibus Romano-Catholicis.*

Fuitque nomine Civitatum

Quis? quis? quis?

Michaël Bányay

A. M. D. G.

RATIO
STATUS JESUITICI
IN
EFFIGIE.

Ista Clientelæ sunt Jura perennia nostræ,
Fingere, mentiri, dummodo nemo sciat.
Ut bene ditescas, cura nihil, adinet unde,
Fraude fit, an furto? dummodo nemo sciat.
Mente negativa jura per Sacra, Deosque,
Secretum abscondas, dummodo nemo sciat.
Opprime, quem sursum, nolens, emergere cernis,
Fac gemat, & jaceat, dummodo nemo sciat.
Præsentem lauda, factaque ut Numen adora,
Proscinde absentem, dummodo nemo sciat.
Si tibi quis quis obest, mature occidere cura,
Ferro, vel lingua, dummodo nemo sciat.
Leges sint aliis scriptæ, te nulla ligabit,
Quam forte ad speciem, dummodo nemo sciat.
Si duo litigio certant, venabis utrumque,
Utrumque emunges, dummodo nemo sciat.
Decipies melius, sub imagine tectus amici,
Est modus in rebus, dummodo nemo sciat.
In publico castus, mitis, pius, atque modestus,
Liber es in tenebris, dummodo nemo sciat.
Ut servent fictum mendacia facta colorem,
Omnia fac dubie, dummodo nemo sciat.

Nulla

Nulla dies absit strosa, quin bene lusa supersit,
Proximus ut doleat, dummodo nemo sciat.

Religio ut vestis sit, quam induis, exuis, ut vis,
Mentem nulla ligat, dummodo nemo sciat.

Si Deus est, bonus est, si non est, nec metuendus,
Quod libet, hoc liceat, dummodo nemo sciat.

Recipe:

Accipe Togam a Monachis,

Svavitatem a Fœminis,

Subtilitatem ab Italis,

Ufuram a Judæis,

Hæc omnia misce ita, & fit formalis Jesuita.